UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Henrici || Svsonis Viri Sanctita-||te, Ervditione Et Mi-||racvlis Clari, Opera

Seuse, Heinrich

Coloniae, 1615

De Rusticis. Capvt XX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38029

Visual Library

eaque vilipendunt. H. O miſericors Deus, miſerere Eccleſiæ tuæ.

De Ruſticis.

CAPVT XX.

DEVS: Ruſtici quoque hoc æuo procelloſo ac luctuoſo in pagis inſtar pecudum omnis diuini timoris expertes viuunt; neglectiſque bonis ac honeſtis moribus, ſua pro viribus libidini obſequuntur, planeque verſipelles ac ſuperbi, animoq; & corde maleuoli ac maligni effecti ſunt, atque ita hoſtes Tartarei tota virtute eis dominantur, eoſque occupant. Sane niſi amicorum ſuorum precibus Deus præpediretur, ob nimiam eorum improbitatem longè ſecus eos tractaret. H. Piiſſime Deus, ſi qua precum mearum eſſet efficacia, ſi te obſecrarem, illis vt parceres. D. Equidem eorum mores ſuſtineo quoad poſſum. Sed tandem compulſus, cuncta eorum peſſum ire ſino. Priſcis temporibus tanta in eis probitas, ſimplicitas, modeſtia viſebatur, vt Deum admodum propicium & benignum haberent. H. Non habeo quod dicam Domine, niſi vt ob bonitatem tuam miſerearis Eccleſiæ tuæ:

De Fœminis ſecularibus.

CAPVT XXI.

DEVS. At nunc Fœminæ quò prolapſæ ac deuolutæ ſint, earumq; pudor ac verecundia quo relegata ſit, videas. En vt omnis